25

sera penitencia nosces Et si furor impi⁹ tu⁹ limitē acce perit sed libuerit semꝑ vt soles mentis maliuolencia liuoreq̧ tabescere. nunq̄ꝫ ꝓcesseris libere licenter impune Tu vt facis me minus semꝑ Valeto vt mereris qui si solita semꝑ tua maliuolencia ꝑstiteris. ea benedictione fruaris quam oues a luporum dentibus recipere solent.

¶ Alia epistola diffidatoria et durior

¶ Salutē quam cretenses suis hostib⁹ optauere mala scꝫ ꝯsuetudine delectari. Tu bone vir. iam cordis tui archana longa simulacōe ꝓtecta euomuisti tui maliuoli animi feces calamus tuus expuit Tu cani rabido ꝑsimilis. qui mordet manū porrigentis. eoq̧ tamē deterior quo canis linguā medicinalē gerit. tu venenosam. qui omnē sermonem inquinas. maledictisq̧ ꝯplumis Dic cerebꝝ plūbeū. quid furis. q̄d despumas qui dēte tuo canino in rabiē v̄lo me clam incursas oculis cares. et luscis inuides. bulienteq̧ pectore famam meā conaris ꝯfūdere Sꝫ ne lōgior fiā cerebellūq̧ tuū mole v̄boꝝ opprimā. ꝑge ꝑge quo te inuidia ducet. nec desine omniū hoīm aures et ora implere. fuero q̄nq̧ si me de⁹ supstitē sīnat dignā tanta beniuolēcia tua graciam relatur⁹. calamū sisto. piget em̄ ⁊ pud et tecū diucius occupari qui non literis dign⁹ es. sed nudo ferro visitari. q̄ꝫ te valere velim breui senties

¶ Frater ad fratrem vt a vindicta auocet.

¶ Nudius q̄ꝫ has scriberē aurib⁹ insonuerat meis carissime frater te in misellū quēdam vsq̧ adeo motū ut capitalē in iram sanguinis auidam ꝓsiliisses. In quē nulle prorsus fortune vel animi dotes ꝯfluxere Noui quis est et q̄ꝫ facile contemnendus qui linguam gerit